tatis obsequium quam ad speculandum magne cuiuscumque legis sit caritas Rursum
circa motionem infra delectura doctrinarum placet hic addere quod sermones mistica-
les quales sunt sanctorum per distinctiones valde illuminant intellectum et sub labore
continuo demulcet etiam affectum cum inspirat sermo dei viuus et efficax du-
ad modum colloquentis et conuenientis eidem se infundit suauiter per particulas or-
dinatim Habet autem quod vltimum materia circa pene singula psalmorum et aliorum di-
uinorum pro peroratio meditacionis Exempli gratia Beatus vir qui non abiit in consilio
impiorum hic potest assumi distinctio de beatitudine Item de viro Item de abire Item
de consilio Et ita de reliquis Demum non est consilium meum vt difficiles questiones
et profundas speculaciones occupatus in assiduo diuino seruicio sibi assumat
intelligendas Vbi requirit studium maximum atque ingenii viuacitas cum di-
spensatione vegeta cerebri quieta et serena ne forte frenesis aut alia
incurratur incommoda Sufficiunt igitur tractatuli faciles et ad pietatem
idonei Scriptum lugduni anno domini 1426 per iohannem cancellarium parisiensem
Explicit epistola Incipiunt consideraciones ad propositum quibus bene considerare debet
religiosus in diuinis multum occupatus pro serenacione consciencie Consideracio prima

Religiosus ille consideret in primis quod dei prudencia que in sua di-
sposicione non fallitur deduxerit ipsum ad ordinem celebrem et
approbatum in quo iam iterum professus est post probacionem solitam
vt resilire fas non sit Faciat ergo de pia necessitate virtutem gra-
tuitam et meritoriam quod durum est si contra stimulum calcitret Bactile-
tuitam et meritoriam quod durum est si contra stimulum calcitret Bacile
tum quoque si voluntatem suam rursus vsurpet quam in superioris sui vica-
rii dei resignauit manus Consideracio secunda Considerat secundo quod iam sibi
viuendum est non propria sed aliena lege non propria sed aliena voluntate
quam tamen originaliter a sua voluntate pressit Non enim quispiam ad profite-
dum cogebat Sequenda est igitur deinceps aliena voluntas non precau-
panda non docenda Consideracio tercia Considerat 3° dictus religiosus
quam de bonorum nostrorum non egeret At pium melior est obediencia quam victima
Propterea censeri debet pro regula generali illud esse melius illud esse
pulcrius illud nobilius illud vtilius delectabilius et honestius quod
est obediencie proximius sit illa res in qua obedit vilis abiecta turpis inutilis
laboriosa vana stulta quantumlibet inhonesta solo peccato excluso Exemplum
hominis in domino nostro ihesu christo qui sacerdotali et regio genere ac spiritu prophetico
insignis nudis ambulabat pedibus aliisque maxime humilitatis gestis
se deiecit hanc existimans vt beatus ieronimus commemorat summam nobilita-
tem viuere deo per obedienciam Vnde et beata agatha prudicie sue inculpata
coram seculi persona prout christi famulam diceret respondit prudentissime
theologisando dicens Summa ingenuitas hec est in qua seruitus christi comprobatur